



Cambridge International Examinations
Cambridge Pre-U Certificate

LATIN (PRINCIPAL)

9788/02

Paper 2 Prose Literature

May/June 2016

1 hour 30 minutes

Additional Materials: Answer Booklet/Paper



READ THESE INSTRUCTIONS FIRST

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.

Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.

Write in dark blue or black pen.

Do not use staples, paper clips, glue or correction fluid.

DO NOT WRITE IN ANY BARCODES.

Section A

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *In Catilinam* 1

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

OR

Livy 30. 27–37

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

Section B

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *In Catilinam* 1

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

OR

Livy 30. 27–37

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

At the end of the examination, fasten all your work securely together.

The number of marks is given in brackets [] at the end of each question or part question.

The syllabus is approved for use in England, Wales and Northern Ireland as a Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate.

This document consists of **11** printed pages and **1** blank page.

Section A

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *In Catilinam* 1

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

OR

Livy 30. 27–37

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

Cicero, *In Catilinam* 1

- 1 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

de te autem, Catilina, cum quiescunt, probant, cum patiuntur, decernunt, cum tacent, clamant, neque hi solum quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives qui circumstant senatum, quorum tu et frequentiam videre et studia perspicere et voces paulo ante exaudire potuisti. quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo, eosdem facile adducam ut te haec quae vastare iam pridem studes relinquentem usque ad portas prosequantur.

Cicero, *In Catilinam* 1. 21

[10]

EITHER

2 Read the following passage and answer the questions.

quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? patere tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consili ceperis quem nostrum ignorare arbitraris? o tempora, o mores! senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit. vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit publici consili particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum, nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus. ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem istam quam tu in nos omnes iam diu machinaris. an vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit, Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent.

Cicero, *In Catilinam* 1. 1–3

- (a) Lines 1–10 (*quo usque . . . vitemus*): how is this a powerful introduction to Cicero's speech? [15]
- (b) Lines 11–17 (*ad mortem . . . coercerent*): how well does Cicero support the idea that Catiline must be put to death? [10]

[Total: 25]

OR

3 Read the following passage and answer the questions.

quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati, a quo sciam pactam et constitutam cum Manlio diem, a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram, cui domi tuae sacrarium constitutum fuit, sciam esse praemissam? tu ut illa carere diutius possis quam venerari ad caedem proficiscens solebas, a cuius altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti? ibis tandem aliquando quo te iam pridem ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat; neque enim tibi haec res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. numquam tu non modo otium sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. nactus es ex perditis atque ab omni non modo fortuna verum etiam spe derelictis conflata improborum manum. hic tu qua laetitia perfruire, quibus gaudiis exsultabis, quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis! ad huius vitae studium meditati illi sunt qui feruntur labores tui, iacere humi non solum ad obsidendum stuprum verum etiam ad facinus obeundum, vigilare non solum insidiantem somno maritorum verum etiam bonis otiosorum. habes ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties.

Cicero, *In Catilinam* 1. 24–26

- (a) Lines 1–6 (*quamquam . . . transtulisti*): how does Cicero create a sense of increasing menace in these lines? [10]
- (b) Lines 6–18 (*ibis tandem . . . senties*): discuss Cicero's presentation of Catiline in these lines. [15]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Livy 30. 27–37

- 4 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

ludi in circo per quadriduum facti, hostiaeque quibus votae erant dis caesae. inter haec simul spes simul cura in dies crescebat; nec satis certum constare apud animos poterat, utrum gaudio dignum esset Hannibalem post sextum decimum annum ex Italia decedentem vacuum possessionem eius reliquisse populo Romano, an magis metuendum, quod incolumi exercitu in Africam transisset; locum nimirum, non periculum mutatum; cuius tantae dimicationis vatem, qui nuper decessisset, Q. Fabium haud frustra canere solitum graviorem in sua terra futurum hostem Hannibalem, quam in aliena fuisset.

Livy 30. 27–28

[10]

EITHER

5 Read the following passage and answer the questions.

'quod ad me attinet, et humanae infirmitatis memini et vim fortunae reputo, et omnia quaecumque agimus subiecta esse mille casibus scio: ceterum quemadmodum superbe et violenter me faterer facere, si, priusquam in Africam traiecissem, te tua voluntate cedentem Italia et imposito in naves exercitu ipsum venientem ad pacem petendam aspernarer; sic nunc, cum prope manu conserta restitantem ac tergiversantem in Africam attraxerim, nulla sum tibi verecundia obstrictus. proinde si quid ad ea, in quae tum pax conventura videbatur – quae sit multa navium cum commeatu per indutias expugnatarum legatorumque violatorum – adicitur, est quod referam ad consilium: sin illa quoque gravia videntur, bellum parate, quoniam pacem pati non potuistis.' ita infecta pace ex colloquio ad suos cum se recepissent, frustra verba praelata renuntiant: armis decernendum esse habendamque eam fortunam, quam dei dedissent. in castra ut est ventum, pronuntiant ambo, arma expedirent milites animosque ad supremum certamen, non in unum diem sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores: Roma an Carthago iura gentibus darent, ante crastinam noctem scituros; neque enim Africam aut Italiam, sed orbem terrarum victoriae praemium fore: par periculum praemio, quibus aduersa pugnae fortuna fuisset. nam neque Romanis effugium ullum patebat in aliena ignotaque terra, et Carthagini supremo auxilio effuso adesse videbatur praesens excidium. ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die aut eversuri.

Livy 30. 31–32

- (a) Lines 1–9 (*quod . . . potuistis*): discuss the tone of what Scipio says here. [12]
- (b) Lines 9–20 (*ita infecta . . . eversuri*): how does Livy engage and sustain our interest in these lines? [13]

[Total: 25]

OR

6 Read the following passage and answer the questions.

varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines, quibus non lingua, non mos, non
 lex, non arma, non vestitus habitusque, non causa militandi eadem esset. auxiliaribus
 et praesens et multiplicata ex praeda merces ostentabatur; Galli proprio atque insito
 in Romanos odio accenduntur; Liguribus campi uberes Italiae deductis ex asperrimis
 montibus in spem victoriae ostentantur; Mauros Numidasque Masinissae impotenti
 futuro dominatu terret; aliae aliis spes ac metus iactantur. Carthaginensibus moenia
 patriae, di penates, sepulchra maiorum, liberi cum parentibus coniugesque pavidae,
 aut excidium servitiumque aut imperium orbis terrarum, nihil aut in metum aut in spem
 medium, ostentatur. cum maxime haec imperator apud Carthaginenses, duces suarum
 gentium inter populares, pleraque per interpretes inter immixtos alienigenis agerent,
 tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt, tantusque clamor ortus, ut elephantis in
 suos, sinistro maxime cornu, verterentur, Mauros ac Numidas. addidit facile Masinissa
 percussis terrorem, nudavitque ab ea parte aciem equestri auxilio. paucae tamen
 bestiarum intrepidae in hostem actae inter velitum ordines cum multis suis vulneribus
 ingentem stragem edebant. resiliens enim ad manipulos velites, cum viam elephantis,
 ne obtererentur, fecissent, in ancipites ad ictum utrimque coniciebant hastas, nec pila
 ab antesignanis cessabant, donec undique incidentibus telis exacti ex Romana acie hi
 quoque in suo dextro cornu ipsos Carthaginensium equites in fugam verterunt. Laelius
 ut turbatos vidit hostes, addidit percussis terrorem.

Livy 30. 33

- (a) Lines 1–9 (*varia . . . ostentatur*): discuss the impression which Livy gives of Hannibal's forces in these lines. [12]
- (b) Lines 9–19 (*cum maxime . . . terrorem*): how is this a vivid and dramatic start to the battle? [13]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Section B

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context. Credit will be given for engagement with secondary literature, where appropriate.

EITHER

Cicero, *In Catilinam* 1

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

OR

Livy 30. 27–37

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

Cicero, *In Catilinam* 1**EITHER**

7 Read the following passage and answer the question.

magno me metu liberabis, modo inter me atque te murus intersit. nobiscum versari iam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam. magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis, gratia, quod hanc tam taetram, tam horribilem tamque infestam rei publicae pestem totiens iam effugimus. non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae. quam diu mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio sed privata diligentia defendi. cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti, compressi conatus tuos nefarios amicorum praesidio et copiis nullo tumultu publice concitato. denique, quotienscumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam.

5

10

Cicero, *In Catilinam* 1. 10–11

Discuss Cicero's self-presentation in this passage. How typical is it of the rest of the speech? [25]

OR

8 Discuss the importance of Rome and her institutions in *In Catilinam* 1. [25]

OR

9 How does Cicero make such a powerful speech out of so simple a message? [25]

Livy 30. 27–37

EITHER

10 Read the following passage and answer the question.

has condiciones legati cum domum referre iussi in contione ederent, et Gisgo ad dissuadendam pacem processisset audireturque a multitudine inquieta eadem et imbelli, indignatus Hannibal dici ea in tali tempore audiri que arreptum Gisgonem manu sua ex superiore loco detraxit. quae insueta liberae civitati species cum fremitum populi movisset, perturbatus militaris vir urbana libertate ‘novem’ inquit ‘annorum a vobis profectus post sextum et tricesimum annum redii. militares artes, quas me a puero fortuna nunc privata nunc publica docuit, probe videor scire: urbis ac fori iura, leges, mores vos me oportet doceatis.’ excusata imprudentia de pace multis verbis disseruit, quam nec iniqua et necessaria esset.

5

Livy 30. 37

Discuss Livy’s presentation of Hannibal in this passage. How typical is it of the rest of the set text? [25]

OR

11 ‘Hannibal is a more attractive character than Scipio.’ Do you agree? [25]

OR

12 Discuss the role played by speeches in Livy’s history. [25]

[Section B total: 25]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced online in the Cambridge International Examinations Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download at www.cie.org.uk after the live examination series.

Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.